



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

41. Cautiones & præcepta de Christianorum eleemosyna, precibus & ieiunio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
eos qui vos diligunt, quā mercedem habebitis? nōne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantūm quid amplius facitis, nōne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfe:ctus est. * 45.		eos vestros: benefacite & mutuum date, nihil inde sperante s& erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos et malos, Estote ergo misericordes, sicut et pater vester misericors est. * 43.	

CAP. 41. Cautiones & præcepta de Christianorum eleemosyna, precibus & ieiunio. Matth. 6. \* 40.

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<b>A</b> Trendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suā. Tu autē cū oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrē tuū in abscondito: et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem.			
G 4			no.



S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>nolite multum loqui, sicut ethnici: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis, Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, &amp; in terra. Panem nostrum superstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut &amp; nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet &amp; vobis Pater vester caelestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae, tristes. exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, &amp; faciem tuam lava: ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: &amp; pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* 42.</p>			

*CAP. 42. Fugienda terrestria, quarenda caelestia: Deus a toto homine colendus. Cauenda peruersa sollicitudo de rebus huius vitae. Matth. 6.\* 41.*

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p><b>N</b>olite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi aerugo &amp; tinea demolitur, &amp; ubi fures effodiunt &amp; furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo: ubi neque aerugo, neque tinea demolitur, &amp; ubi fures</p>	non		